



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.  
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi  
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

**Rodrigues, Manuel**

**Lvgdvni, 1621**

Canonica.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41743**

46 CANONICA.  
CANONICA.

**C**oncil. Trid. non abrogavit con-  
cessionem Regularibus factam à  
Sede Apostolica de non persoluenda  
quarta funeralium, nisi eorum  
Monasteria ante annos 40. exstruc-  
ta fuissent, eodemque temporis  
spatio dictam quartam funeralium  
persoluissent. *Ex declar. Congreg. Il-  
lust. Card. to. I. q. 39. art. 2.*

Nomine quartæ funeralium in-  
telligenda veniunt ea, quæ cū cor-  
pore defuncti in die sepulturæ ad  
Ecclesiam deferuntur, non autem  
quæ postea. *ibid.*

Canonica autem portio dicitur,  
quæ sit à Canonibus approbata, &  
debita iure Decretorum. *art. I.*

Quod si ad prædictæ quartæ non  
debitæ solutionem sibi faciendam  
ipsos Regulares, aut testamētarios,  
vel hæredes cogerent Episcopi, ipso  
facto interdicerentur ab ingressu  
Ecclesiæ, alij excommunicarentur.  
*Ex Sixto 4. art. 9.*

Non sunt censendi Regulares in-  
dulco super hoc sibi facto renuncia-  
re per unum aut plures actus cōtra-  
rios,

C A P I T V L M . 47

rios, sed tantum per contrariū usum.  
40. annorum. tom. 3. q. 46 art. 2.

C A P I T V L M .

Vide Oraculum viua vocis, Priuilegium.

**Q**uid sit Capitulum intermedium  
in nostro Ordine Fratrum Mi-  
norum, & quomodo differat à Con-  
gregatione intermedia, & ab aliis  
Congregationibus nō intermediis,  
declarant ad longum Statuta Bar-  
chinonensia.

Maior & senior pars Capituli est,  
quæ nititur maiori ratione & pie-  
tate, ut docet. *Sylvester*. Certè com-  
muni iure receptum est, ut pro cau-  
farum varietate in quibusdam ad  
numerum tantum, in aliis præter  
numerum etiam ad virtutum merita  
sit respiciendum, prout tenent  
*Abbas, Felinus, & multi alij. to. 1. q. 13.*  
art. 9.

Capitulum generale, imò etiam  
Prouinciale, restringere potest au-  
thoritatem Guardianorum, & Prio-  
rum, quam postea restrictionem ex-  
cedentes peccabunt pro grauitate  
materiæ, nisi aliud constet ex ver-  
bis

con-  
am à  
uen-  
orum  
stru-  
boris  
lium  
g: Il-  
a in-  
cor-  
e ad  
atem  
itur,  
a, &  
non  
adam  
rios,  
ipso  
ressu  
itur.  
s in-  
icia-  
stra-  
rios,